

Heinrich Rahn Engelbert Kettler

## **Disputatio Iuridica De Transactionibus,**

Rostochii: Kilius, 1642

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731846478>**


Druck Freier  Zugang



Übertragung

H. Rahn (E. Ketteler) <sup>1a</sup>  
R. U. ins. 1642.







DISPUTATIO JURIDICA  
De  
TRANSACTIONIBVS,

Quam

D. C. A. G.

Magnifici ac Amplissimi Actorum Ordinis  
in illustri ac celeberrima Academia Rostochiensis  
auctoritate & permisso,

PRÆSIDE

Viro Amplissimo ac Consultissimo

DN. HENRICO XAUSNERI

J. U. D. ac Professore Publico, Dn. Præceptore,


Fautore ac Promotore suo omni honoris ac obser-  
vantia cultu æternum prosequendo,

Publica & placida disquisitioni  
subjiciet

ENGELBERTUS KETTELER,  
Frisius Orientalis, Aut. & Resp.

Ad diem 30. Julii. In Auditorio majori.

Omnium habere memoriam & in nullo penitus peccare divinitas,  
potius est, quam humanitatis, l. 2. §. 14. C. de vet. jur. enuel.




ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. XLII.

1642





*Illustri ac Generoso Domino, Domino*  
**DIDERICO à BESLEN** / Libero Baro-  
ni in Beslen & Papenburg / &c. Praefidi in Nienborg / Sere-  
nissimi & Illustrissimi Electoris Colonienfis Camerario,  
& Satrapæ in Embslund &c. Domino meo  
beneficentissimo.

*Ut &*

*Strenuis, antiquâ Generis Nobilitate, autoritate*  
*& virtute, reramq; usu & experienciâ prestan-*  
*tissimis Viris*

**DN. JACOBO RIPPERDA**, Domino in  
Risum, Ham & Harskam, in Farmslum & Petkum &c.

**DN. ENGELBERTO à LANGEN** } fratribus ger-  
Hereditario in Kreyenborg. &c. } manis, ac a-

**DN. HINRICO ADAMO à** } is omni ho-  
**LANGEN,** } noris & ob-  
Hereditario in Sögelln & Aretensfede / Praefi } servantia cul-  
di &c. in Quatenbrugg. } tu jugiter  
} prosequendis

**DN. HERMANNO NAGELIO,** } Affinibus  
Hereditario in Meypen. } meis ævi-

**DN. ENNONI GERHARDO NA-** } ternū ho-  
**GELIO** Hereditario in Ledemborg & Osnabrugg. } norandis,

**Dominis Mecænatibus, Promotoribus & Fauto-**  
ribus meis ætatem venerandis, colendis.

*Et tandem*

*Viro Spectatissimo atque Integerrimo*


**DN. ENGELBERTO KETTELERO,**  
Reverendissimi Electoris Colonienfis Monerario in Civitate Mo-  
nasteriensis, patris meo honorando,

*Exercitium hoc Academicum*

D. D. D.

**E. KETTELERO, A. & R.**





# DISPUTATIO JURIDICA DE TRANSACTIONIBUS.

## THESIS I.

**T**Ransactionis significatio est vel generalis (A) vel specialis (B) in speciali hoc loco definitur (C) conventa (D) decisio (E) rei dubiæ (F) litisve incertæ (G) aliquo contrà dato vel retento vel promisso. (H)

(A.) In hac significatione transactio accipitur pro qualicunq; negotii confectione, terminatione & definitione. *l. 1. §. 3. l. 35. in fin. ff. de pact. l. 13. §. 7. de hi qui not. infam. l. 18 §. 4. de dol. mal. l. 46 de R. V. l. 31. de jurei. l. 1. §. fin. ad. S. C. Tertyl. Auth. presente. C. de fidejuss.* Sic dicimus transigere ætatem, vitam, negotium &c. (B.) In speciali significatione transactio idem est quod actionis transitio. Actor enim ob judicii sumtus, moras, dubiumq; litis exitum &c. à lite mota vel movenda transitum facit. *Wes. in par. ff. b. t. n. 2.* (C.) à *Wes. d. n. 2. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 7. Th. 1. lit. D. Obrecht. C. p. 1. disp. 9. Th. 10.* (D.) quia conventionione res deciditur *Obr. d. l. Tb. 11. D.* Deinde hoc verbo distinguitur transactio à decisione judiciali, quæ fit per sententiam. *Bach. ad Tr. d. lit. D. (E) l. 46. de R. V. l. 7. E. pr. de cond. furt. l. 3. §. 1. ad l. Falcid. l. 7. l. 17. l. 19. l. 33. C. b. t. l. 13. C. de furt. (F.) l. 1. l. 4 ff. l. 12 C. b. t. l. 6. C. de solut. Borch. de transact. c. 3. n. 9. F.* Per remigitur certam *in l. 2 & l. 31. C. b. t.* intelligitur res definita & determinata, de qua tamen vel jam fit, vel esse possit controversia. *Munn. ad Treutl. vol. 1. disp. 7. Th. 1. q. 4.* (G.) *l. 1. ff. b. t.* dubius est enim judiciorum eventus *l. 51. de pecul. Sive autem lis jam mota sit,*



sive adhuc movenda & timenda nihil interest. *arg. l. 7. pr. l. 11. in fin. ff. l. 2. l. ult. C. b. r.* Quod si nec de presenti lis sit, nec in futurum timeri possit, sed calumniandi tantum animo lis fingatur, nulla est transactio, & illius nomine data condictione indebiti recte repetuntur. *l. 65. §. 1. de condict. indeb. l. 1. §. 3. de calumn. Obr. d. disp. 9. H. Tb. 58. & seq. Gail. 2. obs. 65. n. 3. (H.) text. in l. 38. C. b. r. l. 2. l. 6. l. 14. l. 17. l. 21. l. 24. C. eod. d. l. 65. §. 1. c. 7. X. de transact.* Utrumque igitur de jure suo, quod prætendit, aliquid remittere necesse est, quia gratuita litis remissio non transactio, sed pactum est *l. 1. ff. b. r.*

THESIS II.

Transactio alia est publica alia privata, (A) alia simplex alia Aquiliana, (B) alia generalis alia specialis (C) alia jurata alia injurata (D) alia scripta alia non scripta (E)

- A. (A.) Illa est conventio, quæ fit à Principe aut Duce belli per pacem Reip. causâ, cujusmodi sunt transactio Passaviensis Anno 1552. facta, item Pragensis Anno 1635. Hæc fit à privatis de re privata, & de hac non illa hoc loco agimus. (B.) Simplex fit nudo pacto. *l. 2. ff. l. 15. l. 17. C. b. r. & licet ipso jure non tollat actionem priorem, exceptione tamen pacti. objectâ idem reus adsequitur, ac si ipso jure liberatus esset. l. 9. l. 17. l. 24. l. 28. l. 36. C. eod. per rationem in l. 112. ff. de R. I. Obrecht. p. 1. disp. 9. Tb. 140. & seq.* Alia est transactio Aquiliana. *Vide l. 2. l. 4. l. 5. l. 9. §. 2. l. 15. ff. & l. 3. l. 4. l. 15. l. 32. l. 40. C. h. r. eaq; fit acceptilatione & ipso jure finit litem, reumq; ab ea planè liberat. d. l. 3. l. 4. l. 15. l. 32. C. eod. Obr. d. Tb. 140. Bocer. clas. 2. disp. 20. Tb. 21. lit. B.*
- C. (C.) illa ambitu suo res, partes aut species plures complectitur, vel universi juris dissidia concernit, ut cum de tutela, hereditate, negotiorum administratione &c. transigitur. *l. 29. ibiq; Gothofr. C. h. r. Bocer. d. l. Tb. 20.* Hæc est, quando de re certa vel parte aliqua bonorum transigitur. *l. 3. C. h. r. Obrecht. d. l. Tb. 17. Bocer. d. Tb. 20.*
- D. (D.) *l. 41. & ibi Donell. & Dd. C. h. r.* Injurata transactione hoc est speciale, quod si major 25. annis ab ea recedit, is infamis fiat, ab actione cadat, penam solvat & accepta restituat. *d. l. 41. Gail. 2. obs. 59. n. 4. Tilem. part. 1. disp. ff. 8. Tb. 26. Bocer. d. disp. 20. Tb. 25.* Unde

CORRUIT



corrui eorum sententia, qui pejerantem iure civili non puniri existimant. *Conf. l. 13. §. ult. de iur. l. 22 de dol. mal. l. ult. de crim. flet. l. 17. C. de dignit. Nov. 117. c. univers. si autem C. Wes. in par. ff. de iurejur. n. 13. Menoch. de arbitr. jud. qq. cent. 4. cas. 319. (E.) l. 5. l. 28. E. C. h. t. Obrecht. d. disp. 9. Th. 20. quamvis scriptura nihil faciat ad substantiam transactionis. *du. text. nec sit de essentia conventionis, sed probationis tantum species. l. 4. de pignor. l. 4. de fid. instr. l. 17. C. eod. Obr. d. l. Th. 136. Sic etiam nihil interest, interdum an noctu celebratur, transactio. l. 20. C. h. t. Obr. d. l. Th. 135. & siue die festo siue alio. l. fin. C. de feriis. Gall. nob. 53. n. 10.**

### THESIS III.

Tanfigere possunt omnes qui consentire (A) licet corpore ægro sint. (B) Quibusdam igitur natura, (C) quibusdam lex (D) est impimento. E

(A.) Causa enim efficiens transactionis est consensus. *l. 13. l. 20. A. l. 34. l. 41. C. h. t. Bocer. clas. 2. disp. 20. Th. 4. lit. A. & generaliter nulla est obligatio, nullus contractus, qui non habeat in se conventionem, & si consensu destituatur, non corruiat. l. 1. §. 3. ff. de pact. l. 55. l. 57. ff. de O. & A. cum simit. (B.) l. 27. C. h. t. quia in his, quæ con-*

B. sensu geruntur, mentis tantum non etiam corporis sanitas requiritur. *l. 2. ff. qui test. fac. l. 3. C. eod. Improbè ergo petuntur placita transactionis rescindi valetudinis corporis adversæ velamento. d. l. 27. & l. 20. C. eod. (C.) Ex horum numero sunt i. furiosi & amentes l. 27. C. h. t. Wes. in par. ff. b. t. n. 2. eorum enim nullus est consensus. l. 2. C. de contr. emt. aut voluntas. l. 47. de acquir. hered. l. 40. de R. I. l. 22. §. 7. solut. matrim. & loco absentis. l. 2. §. 3. de jur. codic. l. 124. §. 1. de R. I. l. 17. §. 11. in fin. de injur. l. ult. pr. de V. S. quiescentis. d. l. 2. §. 3. dormientis. l. 1. §. 3. de acquir. poss. & ignorantis habentur. l. 4. de divor. Et cum non intelligant quid agant. §. 8. inst. de inutil. stipul. nullum negotium gerere possunt. d. §. 8. d. l. 2. §. 3. l. 1. §. 12. de O. & A. l. 5. ff. de R. I. 2. Infantes & impuberes infantia proximi, qui non multum à furioso distant. §. 9. inst. de inutil. stipul. & nec velle aut nolle, l. 189. de R. I. nihilq; scire aut facere sine tutore autore*

A 3 possunt.



possunt. l. 9. de acquir. her. & ea etiam, quæ vident, ignorant. l. 1. C. de  
 fals. monet. Si tamen transigendo conditionem suam meliorem  
 fecerint, obligantur. arg. l. 1. l. 5. pr. & §. 1. de aut. tut. l. 3. pr. ff. com-  
 mod. l. 13. §. 1. de cond. indeb. l. 10. de inst. act. l. 4. §. 4. de dol. mal. except.  
 D. l. 47. de solut. l. ult. C. de usucap. pro emt. (D.) Lex à transactione arcet  
 1. prodigos, qui nec tempore nec finem expensarum habent, sed bona  
 sua dilacerando ac dissipando profundunt. l. 1. pr. de curat. fur. Li-  
 cet autem quis ethicè & rei ipsius veritate citra interdictionem pro-  
 digus esse possit; politicè tamen & juridicè ad eum effectû, ut nihil  
 ipse agere aut contrahere, nec cum eo contrahi ab alio queat, non  
 potest. Magnif. Dn. D. Schük Procancellarius Academia Marpur-  
 gensis gravissimus disp. Instit. 4. th. 21. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 5. th. 5.  
 lit. D. verb. quibus boni &c. Unde ad hoc, ut quis prodigus dica-  
 tur, Magistratûs decretum accedat, necesse est. l. 10. de curat. fur.  
 l. 12. de usurp. & usucap. l. 3. C. de in ins. rest. min. l. 27. pr. de minor. l.  
 9. §. 7. de reb. cred. l. 26. de contr. emt. l. 12. §. 2. de tut. & cur. l. 55.  
 §. fin. de admin. tut. l. 18. qui test. fac. l. 6. de V. O. Amplissimus Dn.  
 D. Paulus Berens fautor & promotor meus honorandus disp. Inst. 2.  
 them. 3. q. 7. II. pupillos pubertati proximos. l. 4. C. de præd. & al.  
 reb. min. cum nullius rei alienatio eis sine tutoris autoritate sit con-  
 cessa §. ult. Inst. quib. alien. lic. vel non. III. Minores curatorem ha-  
 bentes. d. l. 4. l. 33. C. h. t. l. 3. C. de in int. rest. min. Nullo enim modo  
 remittere litem, nec discedere à lite, nec ut discedatur, aliquid dare  
 (quod proprium est transactionis) possunt, quia hæc alienatio-  
 nem sapiunt. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 7. th. 2. verb. minor. quæ ei  
 ob fragile & infirmum multorumq; insidiis expositum multisq;  
 captionibus suppositum consilium. l. 1. pr. de minor. ad virilem us-  
 que ætatem interdicta est. pr. Inst. de curat. Minores curatoribus  
 destituti transigere & obligari exinde possunt. d. l. 3. C. d. t. quam-  
 vis læsi in integrum restituantur d. l. 3. & r. t. ff. de minor. Tileman.  
 p. 1. disp. ff. 8. th. 5. Treutl. vol. 1. disp. 7. th. 2. lit. B. (E.) Quod si  
 tamen prædictæ personæ transigendo suam conditionem melio-  
 rem fecerint, transactio valet. l. 28. pr. de pact. arg. l. 5. §. 1. de aut.  
 tut. & simil. sup. lit. C. in fin. hæc Th. alt. Ratio est in l. 25. ff. de leg.  
 l. un. §. 13. C. de rei uxor. act. c. 61. X. de R. l. in 6.

THE-



THESIS IV.

Transigere nequeunt procurator Principis (A) procurator ad agendum (B) vel ad unum actum (C) vel ad omnia bona sine tamen libera constitutus (D) pater de bonis filii in potestate non existentis (E) vel de adventitiis filii in potestate constituti (F) vel de dote filiae nomine petenda. (G.)

(A) sc. inconsulto Principe. l. 13. ff. de transact. l. 1. §. 1. de off. Procur. Cas. Boccr. clas. 2. disp. 20. th. 6. Non enim alienare. l. 30. de jur. Fisc. sed diligenter res administrare ipsi est commissum d. l. 1. §. 1. Obrecht p. 1. disp. 9. th. 210. Inutilis igitur est transactio Hunn. ad Tr. vol. 1. disp. 8. th. 2. q. 20. licet re Principis utiliter gesta transactio à Principe acceptari & rata haberi possit, Bacch. ad Tr. d. th. 2. lit. C. verb. procurator. pag. 276. (B) l. 7. C. h. i. l. 13. pr. de pact. l. 19. de jurei. c. 4. X. de procur. in 6. nam non decidiendi, sed agendi tantum illi data est potestas. arg. d. l. 7. l. 86. de solut. VVejem in par. ff. b. r. n. 4. fines autem mandati diligenter sunt custodiendi. §. 8. Inst. de mandat. l. 1. pr. l. 46. ff. & l. 12. C. eod. qui si excedantur, non id quod mandatum est, sed aliud quid fieri videtur d. l. 5. pr. l. 36. circ. fin. ff. mandat. l. 19. de jurei. l. 19. ad SC. Trebell. Alth. lib. 1. dicaol. c. 38. n. 21. (C.) l. 7. C. h. i. l. 10. C. de procur. (D.) l. 60. ff. de procur. arg. l. 17. §. fin. de jurei. c. 9. X. de arbitr. c. 4. X. de procur. in 6. Boccr. d. disp. 20. th. 5. Vaud. lib. 1. var. quest. 47. n. 3. continet enim transactio speciem alienationis l. 1. §. 1. circa fin. de off. procur. Cas. l. 4. C. de pred. & al. reb. min. l. 1. §. 9. si quid in fraud. patron. quæ ei absque speciali mandato non conceditur. l. 63. de procur. l. 16. C. eod. Althuf. lib. 1. dicaol. c. 83. n. 43. (E.) l. 10. de transact. l. 26. circ. fin. C. de fideic. Pater enim filio emancipato & hic ille est extraneus. §. 3. Inst. de her. qual. & diff. l. 15. §. 1. in fin. de R. N. inter quos unus pactio non læditur jus alterius. l. 3. ff. h. i. l. 7. C. eod. (F.) Patri sine consensu filii jam majorennis transigere non licet arg. l. ult. §. 3. C. de bon. qua lib. ubi cum cri-

am



am in movenda à patre actione consensus filii requiratur, multò magis id in transactione dicendum erit. *Bach. ad Tr. 1. Dup. 7. th. 3. lit. A. vers. negat. in fin.* Quod si tamen transegerit, eatenus tantùm valet transactio, quatenus filio est salutaris, cæteroquin non valet. *l. 10. ff. h. r. arg. l. 18. §. 3. de castr. pecul. Bocer. d. l. th. 11.* Quòd si filius ejus ætatis non sit, ut prudentia ejus ad dignoscendum utrum sibi expediat transactio an non sufficiat, benigniùs dicimus, patrem exemplo tutorum & curatorum. *vid. th. 3. lit. E. rectè transigere, arg. d. l. ult. §. 3. & l. 15. ff. de pact. Busius ad l. 10. ff. h. r. n. 4.* Quamvis si transactio fiat de rebus immobilibus vel aliis gravioribus caussis, consultiùs sit, Judicis adhiberi decretum, quo patri pariter & parti eò meliùs in omnem eventum prospectum sit. *G. l. 7. §. 2. de reb. eor. qui sub tut. Bus. d. l. n. 5. (G.) nisi filia permittente & consentiente. l. 2. §. 1. solut. matrim. Treutl. d. th. 3. lit. C. ibique Hann. q. 25. est enim dos proprium filiaè patrimonium. l. 3. de minor. l. 16. de religios. l. 14. pr. ad l. Falcid. l. 4. de collat. Utilitatis tamen gratià receptum, ut filia furiosa hoc casu pro consentiente habeatur. d. l. 2. §. 2. cùm aliter ipsi consuli commodè nequeat. Treutl. & Hann. dd. loc.*

#### THESIS V.

Rectè transigunt Procurator in rem suam  
 (A) vel ad universa bona cum libera datus,  
 (B) administratores vel Syndici civitatum,  
 (C) vasallus de feudo, (D) tutores & curatores de rebus pupilli, minorum &c. (E) Prælati & Antistites Ecclesiarum. (F)

- A. (A) Quia si effectus & commodum exercendarum actionum spectetur, suo nomine agit non alieno, actionumq; commodum & incommodum sibi retinet. *arg. l. 9. C. de procur. & sic ei uti domino l. 55. de procur. l. 13. §. 1. ff. de pact. l. 4. pr. de re jud. l. 20. §. 1. de appell. l. 1. §. 12. quand. appell. integrum est transigere d. l. 13. §. 1. l. 8. §. 2. quib. mod. pign. solv. Obrecht. dup. ff. 9. th. 206. (B.) l. 58. l. 59. de procur. l. 10. C. eod. l. 60. §. 4. mandat. l. 17. §. ult. de jurei. l. 9. §. 4. de A. R. D. l. 10. C. quod cum eo & c. c. 4. X. de procur. in 6.*

Gail.



*Gail. 2. obs. 72. n. 10. Vaud. lib. 1. var. quest. 47. (C.) l. 12. C. b. C.*  
 r. quia censentur habere mandatum cum libera, adeoq; transigere  
 possunt. *Gail. d. l. n. 10. Henon. disp. ff. 2. th. 3. lit. D. (D.) per S.*  
*si vasallus de beneficio. tit. 26. & tit. 43. lib. 2. Feud. ubi permittitur D.*  
 vasallo de beneficio transigere bonâ fide, etiam in præjudicium Do-  
 mini ejusq; consensu non adhibito, non tantum si agat, sed & si  
 conveniatur. *Conf. Bacch. ad Tr. 1. 7. 3. lit. D. & Hunn. ibid. q. 26.*  
 (E.) l. 46. §. *fn. de admin. tut. l. 22. C. de pact. Valet transactio E.*  
 tutorum, ubi de justitia pupillorum dubitatur plurimum, i. e. ubi  
 dubius & incertus litis exitus aliquid accipere, vel remittere suadet  
 potius, quàm de toto venire in periculum. l. 54. *in fn. l. 56. §. pen.*  
*de furt. Gail. 2. observ. 72. n. 2. & seqq. Oby. d. l. th. 201. Bacch. ad Tr.*  
*th. 2. lit. E. verb. tutor. Si tamen transactione hoc agatur, ut res*  
 pupilli immobiles alienentur, judicis interponatur decretum. l. 4.  
 C. *de prad. & al. reb. min. Dn. Bessel. disp. ff. 6. th. 1. pag. 108. (F.)*  
 etiam sine consensu capituli. c. 3. X. *de transact. nisi res alienentur F.*  
 per illam transactionem, quæ citra solennitatem legis vel canonis  
 alienari nequeunt. *Bocer. clas. 2. disp. 20. th. 4. lit. E. Hanon. d. l. th.*  
 3. lit. E.

#### THESIS VI.

Materia transactionum sunt res quævis  
 dubiæ (A) & sic etiam quæstio status. (B)  
 Non tamen res spirituales (C) vel controver-  
 siæ, quæ ex testamento proficiscuntur. (D) De  
 alimentis testamento (E) relictis transigine-  
 quit (F) sine cognitione Prætoris. (G) Sed  
 quid de causâ matrimoniali? (H)

(A.) *per not. sup. th. 1. lit. F. & G. Unde etiam post causæ con-*  
 clusionem transigi de lite potest, quia res nondum est liquida, sed  
 dubius adhuc & incertus litis exitus. *Treurl. 1. disp. 7. th. 4. lit. B. i-*  
*biq; Bacch. Bus. ad l. 7. ff. h. t. n. 7. De re autem verè & absolute*  
 judicata nequaquam licitum est transigere. l. 1. l. 7. §. 1. ff. *h. t. l. 32.*  
*C. cod. l. 23. §. 1. de cond. ind. Mynsing. 4. obs. 47. Tilem. p. 1. disp. ff.*  
 B  
 8. th 12



*l. th. 11. quia res certa est. l. 1. de re. jud. & pro veritate habetur. l. 207. de R. J. & quæ publicè in judicio definita sunt, privatorum arbitratu pro incertis haberi non debent, & sic de iis transigi. arg. l. 2. l. 5. C. de re jud. Wesf. in par. ff. h. t. n. 5. Quòd si tamen incertum adhuc sit, an sententia valeat, ut si ea fortè nullitatis arguatur, Obr. d. disp. 9. th. 56. & 57. vel appellationis aut etiam impetratæ revisionis (quæ appellationis quasi speciem constituit. Busf. ad l. 7. ff. h. t. n. 4.) solennitate sit suspensa, vel adhuc suspendi possit, firma est transactio. l. 7. pr. l. 11. ff. l. 32. C. h. t. l. 23. §. 1. de cond. ind. Bocer. class. 2. disp. 20. th. 9. tum enim res iterum sit dubia, adeo ut nec judicatum esse videatur, sententiâ per appellationem suspensâ. l. 1. §. ult. ad SC. Turpil. Hunn. ad Tr. th. 1. q. 3. Quòd si transigatur post latam sententiam parte victrice ignorante se sententiam obtinuisse, parte verò victâ id sciente, transactio valida non est, ideoq; ad sententiæ executionem procedi potest. Mynsing. 4. obs. 47. n. 2. Transigi quoque non potest post rem jurejurando decisam, quia hoc majorem habet auctoritatem quàm res judicata. l. 2. de jurejur. l. 13. quib. mod. pign. solv. l. 1. quar. rer. act. non datur. Busf. ad l. 7. ff. h. t. n. 8. Treutl. th. 4. lit. C. Idem de confessione judiciali dicendum, quia & ea certa est l. 56. de re jud. & in jure confessi pro judicatis habentur d. l. 56. §. 1. de re judic. Aliud dicendum, si probetur confessio per errorem facta, quia non fatetur qui errat. B. l. 2. de confess. & sim. th. 9. lit. C. alleg. Busf. d. n. 8. (B.) Non tantùm si transigendo id agatur ut quis maneat in libertate, sed etiam ut fiat servus. l. ult. C. h. t. Valet igitur transactio etiam contra libertatem dubio stante & perseverante, quamvis eo ad certitudinem redacto retrò declaretur esse nulla. Perquam enim durum esset, repertis postea novis instrumentis & probationibus jus proclamandi in libertatem negare, cum libertas sit res inæstimabilis. §. ult. Inst. quib. ex caus. man. non lic. l. 3. si quadr. paup. l. 1. §. 5. l. fin. de hinc qui effud. l. 2. §. 2. ad l. Rhod. de jact. l. 9. §. 2. de statulib. l. 103. de V. O. l. 107. l. 176. §. 1. de R. J. & servitus mortalitati comparatur. l. 209. de R. J. l. 50. in fin. de cond. & demonstr. l. 32. §. 6. de don. inst. vir. & ux. nec adeo transactio hæc aliarum transactionum jure possit censer. Treutl. d. th. 4. lit. A. ibiq; Bacch. vers. super status quaestione*



zione. (C.) *c. pen. X. h. 8.* cum affine sit Simonia, pretium pro re  
spirituali dare vel accipere. *d. c. pen. & c. 7. eod.* Compositiones ta-  
men amicabiles *d. c. 7.* & permutationes earundem rerum *c. 6. de*  
*rer. permut.* non repudiantur. *Wes. in par. ff. b. t. n. 5. in fin.* (D) nisi  
inspectis cognitisq; testamenti vel codicillorum aut alius ultima  
voluntatis verbis. *l. 6. h. t. l. 12. ff. b. t. l. 1. §. 1. test. quem. inspici.*  
*Bus. ad l. 6. ff. b. t. n. 2. Gail. 2. obs. 139. n. 9. Obr. d. disp. 9. th. 71. Bach.*  
*ad. Tr. d. th. 4. lit. E. verb. nisi inspectu.* cum enim aliâ ratione veri-  
tas exquiri non possit, facile fieret ut ultima defuncti voluntas im-  
pediretur, *contral. 1. C. de SS. Eccles. l. 5. ff. test. quem. aper.* Et hæc  
inspectio adeo necessaria est, ut partes illi renunciare nequeant,  
quia illa renunciatio est contra expressam legis dispositionem, i-  
deoq; nulla. *l. 14. §. 1. in fin. C. de SS. Eccles. l. 5. C. de legib. l. 5. C.*  
*de pact. Treutl. d. th. 4. lit. E. ibiq; Hunn. q. 33.* Facit quod publico  
favori, qui hæc in re, ut testamenta executioni mandentur, versatur,  
renunciando nemo nocere possit. *arg. l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. l. 38. de*  
*pact. & sim. inf. th. 7. lit. C. in fin. alleg.* sed quisq; pro se introdu-  
ctis tantum rectè renunciât. *l. 41. ff. de minor. l. pen. C. de pact. l. 5.*  
*C. de Episc. & Cler. Nov. 136. c. 1.* Prædicta non procedunt in testa-  
mento nuncupativo, in quo veritas ex testibus, coram quibus Te-  
stator voluntatem suam nuncupavit. *§. ult. inst. de test. ord. l. 21.*  
*§. 2. C. eod.* sciri potest. (E) Idem est si codicillis fuerint relicta,  
*l. 8. §. 2. ff. h. t.* vel mortis causâ donata, vel ab eo cui mortis causâ  
donata sunt, vel conditionis implendæ causâ relicta. *d. l. 8. §. 2.*  
Quod si ex contractu debeantur, licebit & sine autore Pretore  
transigere, *d. l. 8. §. 2. Obr. d. l. th. 86. Menoch. de arbitr. jud. quest.*  
*lib. 2. cas. 170. Moller. 5. semest. q. 42. Bach. ad Tr. d. th. 4. lit. F. verb.*  
*aliud in alimentis.* (F) *l. 8. ff. & C. h. t.* idèq; non solo ultimæ vo-  
luntatis favore, sed etiam ne alimentarii odio litium & expensarum  
modico præsentis contenti magna relicta utpote alieno labore parta  
facilè repudiantes transigant, *Obr. d. l. th. 83.* & contra quam pro-  
spexit Testator postea summâ integrâ semel solutâ & devorâtâ ege-  
ant, sicq; ab heredibus lædantur. *d. l. 8. pr. ff. eod. Hunn. ad Tr. d.*  
*th. 4. q. 38. vers. his itaq; &c.* Loquimur autem de alimentis futu-  
ris. *d. l. 8. pr.* præterita enim, in quibus solvendis facta est mora,



- nomine potius quàm re sunt alimenta. *Obr. d. l. th. 82. Henon disp. ff. 2. th. 6 lit. D.* ideoq; de iis, tanquam simplici debito, nihil caussa est, cur transigi non liceat. *l. 8. C. b. t. (G.) l. 8. ff. & C. b. t. Mynsing. 1. obs. 63.* In quibus consistat causæ cognitio, *vid. l. 8. §. 8. & seqq. ff. h. s.* Quod si Prætor aditus citra causæ cognitionem transigi permiserit, corrumpit transactio. *d. l. 8. §. 17. ff. eod. Obr. disp. 9. th. 126 Busf. ad d. l. 8. pr. n. 1* Ea tamen transactio, quâ alimentarii conditio melior fit, valet etiam citra Prætoris auctoritatem. *d. l. 8. §. 6. Alth. lib. 2. diceol. c. 4. n. 13. in. fin. Busf. ad d. l. 8. pr. n. 2.* (H.) Dist. putamus inter transactionem super dissolvendo matrimonio, quâ id agitur, ut à matrimonio discedatur; & pro matrimonio initam, quâ id agitur, ut quæ ducta est uxor, maneat in matrimonio. Illa est illicita *c. ult. X. de transact.* Hæc verò valida, non tantùm favore conjugii, sed & quia nulla ratio est, quæ eam improbet. *Vid. Treutl. d. disp. th. 4. lit. A. ibiq; Hunn. q. 29.*

#### THESIS VII.

Præterea transigere de crimine capitali (A) excepto adulterio (B) prohibitum non est. (C) In aliis autem criminibus, quæ sanguinis pœnam (D) non ingerunt, transigere non licet (E) citra falsi accusationem. (F)

- A. (A.) Quamvis crimen capitale in jure plerumq; dicatur, cujus pœna est mors civilis. *Vid. l. 4. pr. si qui caution. l. 13. de bon. poss l. 14. §. 3. l. 15. l. ult. de bon. libert. l. 10. §. 11. de in jus voc. l. 2. pr. de publ. jud. l. 2. pr. l. 11. §. ult. de pœn. l. 33. §. 1. de fidei. lib. l. 10. de jur. patr. & sim.* Hoc tamen in loco capitale crimen solùm id vocatur, cujus pœna est mors naturalis. *arg. l. 18. C. b. t. ibi: quæ sanguinis pœnam i. e. mortem naturalem (quam sanguis sæpissimè denotat. Vid. Genes 9. vers. 6. c. 9. X. ne Cler. vel Monach. secul. negot. se immis. l. fin. ff. de prævaric. l. 1. de bon. eor. qui ant. sent. l. ult. §. fin. C. de Judæis. & sim.) ingerunt. Arum. disp. ff. 4. th. 26. Obr. disp. ff. 9. th. 90.* Illud autem hîc accuratè observandum, quòd non ex pœna extraordinaria vel propter circumstantias aggravanda vel minuenda, sed



sed ordinaria & ex genere delicti, an huic pœna capitalis præfixa  
 sit vel non, æstimandum sit, utrum permissa sit transactio vel non. B.  
*Bacch. ad Tr. d. th. s. lit. B. (B.) l. 18. C. b. t. l. 10. C. ad l. jul. de a-*  
*dult. l. 11. pr. l. 29. §. 2. ff. eod.* Rationes hujus exceptionis affe-  
 runtur variæ. Hanc putat esse Obr. *d. l. th. 96.* quod noluerit  
 Imp. super adulterio transigi posse, ne ipse lenocinii reus fieret. *per*  
*text. in l. 14. pr. ff. ad l. jul. de adult.* Aliam affert Hunn. *ad. Tr. th.*  
*s. q. 48.* nimirum quòd cum accusatio adulterii conjunctis tantùm  
 & necessariis personis competat. *l. 30. C. ad l. jul. de adult.* perfaci-  
 le fieret, ut admisâ transactione facinus istud impunitum mane-  
 ret *contra l. 51. §. 2. ad l. Aquil. l. 70. §. 5. de fidej. l. 14. C. de panu.*  
 Alii hanc, quòd turpissimum sit vindictâ opprobrii domestici pe-  
 cuniario commodo postponere. *l. 11. §. 3. l. 29. §. 3. ad l. Iul. de a-*  
*dult.* Acris illa hoc loco exoritur dubitatio, quomodo hæc excep-  
 tio adulterii conveniat regulæ propositæ, cum adulterium sub  
 Constantino M. primùm ordinariè capitale esse cæperit. *l. 30. C. ad*  
*l. jul. de adult. Nov. 134. c. 10. pr. Treutl. d. th. s. lit. C.* Fatendum  
 esse putant Donell. *ad d. l. 18. C. b. t. n. 30. Bacch. ad Tr. d. lit. C.*  
*verb. excepto, & alii,* hæc verba à Triboniano ad posteriores leges  
 respiciente esse adjecta. Illa non minor est quæstio, utrum de stu-  
 pro transigere liceat? Nos negativam propugnabimus, usq; dum  
 probetur, pœnam stupri esse mortem naturalem, quod *in §. 4. Inst.*  
*de publ. jud.* expressè negatur. *Conf. Magnif. Dn. D. Schük Præce-*  
*ptorem meum æternùm colendum in colleg. theoret. pract. disp. 2. th.*  
*17. Bacch. ad Tr. d. th. s. lit. C. verb. super stupro. Arum. disp. ff. 4.*  
*th. 39. (C) d. l. 18. C. b. t.* Erit ergo permissum, quia quando ex C.  
 quibusdam quædam prohibentur, quædam non, quæ prohibita  
 non sunt permissa intelliguntur. *l. 43. §. 1. de procur. l. 1. §. 1. de tes-*  
*tib.* Permissa igitur est transactio hoc in casu tolerantiam Imp.  
 qui ignoscendum censuerunt sanguinem suum qualiter qualiter re-  
 dimenti. *l. 1. de bon. eor. qui ant. sent.* Uterq; enim tam actor quàm  
 reus de capitis certat periculo, & accusatorem calumniantem ad  
 vindictam poscit similitudo supplicii. *l. ult. C. de accus. l. fin. C. de*  
*calumn. Auth. sed novo jure. C. ad l. jul. de adult. Obr. d. disp. 9. th.*  
*39.* Reus verò convictus capitis pœnam subit. Nec pro convicto



hoc in casu habetur reus transigens, cum declinandi gravissimi pe-  
 riculi causâ & pro redimenda vexa magis, quam conscientia faci-  
 noris transigisse præsumatur. *Wesemb. in par. ff. h. t. n. 5. Mysing.*  
*6. obs. 22. Bacch. ad Tr. d. th. s. lit. A. verb. proponitur. in fin.* Licet  
 ergo jure transigere tam actori quam reo, *Donell. add. l. 18. n. 11.*  
*Bacch. ad Tr. d. l.* quia nisi actori quoque permetteretur facultas  
 transigendi, frustra etiam ea reo concederetur, cum reus solus se-  
 cum transigere non possit, nec dare nisi aliquis accipiat, quis au-  
 tem acciperet si poenam tergiversatoris sibi subeundam esse sciret?  
*Bacch. ad Tr. d. l. Amplissimus Dn. D. Schütz d. disp. 2. th. 14.* Et  
 transactio est rata & firma, adeo ut accusator qui transegit, ampli-  
 us non possit reum accusare. *l. 2. §. 23. l. 3. §. 23. C. de vet. jur. enucl. l.*  
*10. l. 16. C. h. t. & accusatoris reiq; transactio sit impunita. arg. l. 4.*  
*C. ad l. Jul. de adult.* quamvis aliàs accusator ab accusatione desi-  
 stens puniatur, reus autem pro convicto habeatur. *per not. infra*  
*lit. E hâc ipsâ th.* Unde omnes leges, quæ dicunt, eum qui ob  
 non accusandum pecuniam accepit, concussionis teneri, *vide*  
*l. 2. de concussion. cum similibus.* non de illis quæ transactionis,  
 sed quæ sordidæ concussionis nomine data sunt aut promissa, intel-  
 ligi debent. *arg. l. 1. §. 3. de calumn.* Quoniam etiam transactio  
 accusatoris aliis præjudicare nequit. *l. 27. §. 4. de pact. c. 8. X. h. t. i.*  
 deo alius è populo hunc ipsum reum de eodem crimine accusare  
 poterit ex natura judiciorum publicorum & popularium. *§. 1. Inst.*  
*de publ. jud. l. 3. §. 9. & 10. de sepulchr. viol. l. 5. §. fin. ad l. Jul. de*  
*vi publ.* Sic etiam transigendo publica criminis vindicta mini-  
 me tollitur, sed Magistratus nihilominus in reum inquirere, eumq;  
 justo supplicio afficere potest. *l. 2. C. de abolit. Arum. disp. ff. 4. th.*  
*22. Hunn. d. l. q. 51. in pr.* quia per hujusmodi transactionem san-  
 guineæ poenæ nihil detrahitur, sed privata tantum jura absolvun-  
 tur. *Tilem. p. 1. disp. ff. 8. th. 23. Bacch. ad Tr. d. th. s. lit. D. verb. il-*  
*lud hîc acriter. Hunn. d. q. 51. verb. queritur porrò.* ne aliàs juri pu-  
 blico hujusmodi pactis præjudicium fiat. *contra l. 7. §. 14. l. 27. §. 4.*  
*l. 38. l. 42. de pact. l. 20. pr. de religios. l. 5. §. 7. de admin. tut. l. 1. §. 9.*  
 D. *de Magistrat. conven. l. 15. §. 1. ad l. Falcid.* (D) Per sanguinis  
 poenam in tota hæc l. 18. C. h. t. intelligitur mors naturalis. *Vide sup.*  
*hâc*



*bac th. lit. A.* Ideo autem sanguinis potius quam mortis Impp. me-  
 minerunt, ne quis fortè putaret, illos etiam de civili morte sensisse.  
 Quæcunq; igitur crimina mortis naturalis pœnam non irrogant, li-  
 cet sanguinis effusionem habeant, de iis transigere non licet. Ex  
 horum numero sunt crimina pœnam manus aut membri amputa-  
 tionis, fustigationis &c. inferentia. Quamvis enim in priori pœ-  
 næ specie manus amputata moriatur, in posteriori sæpe sanguinis  
 quædam fiat profusio; tamen nulla earum mortem totius hominis  
 infert, aut talem continet sanguinis profusionem, ut animæ ve-  
 hiculum planè tollat. Et in specie fustigatio nullibi pro capi-  
 tali pœna accipitur *Arum. disp. ad d. l. 18. th. 28.* Immo non capi-  
 talis pœna dicitur *in l. 6. §. ult. cum l. seq. l. 28. §. 2. de pœn. l. 2. in*  
*fin. de publ. jud.* Et utuntur eâ pœnâ Pontifices, *c. 1. in fin. X. de calumn.*  
*c. 4. X. de raptor.* qui tamen sanguinis pœnam infligere non pos-  
 sunt. *c. 9. X. ne Cler. vel Monach. secul. negot. se immisc. c. his à qui-*  
*bus. 30. caus. 23. q. 8.* (E.) *l. 18. C. h. t.* in hisce enim cessat ratio *l. 1.*  
*de bon. eor. qui ant. sent.* Reus igitur de iis transigens pro convicto E.  
 habetur. *l. 6. de his qui not. inf. l. fin. de prævaric. l. 4. l. 29. pr. de*  
*jur. fise. l. 2. de bon. eor. qui ant. sent.* non quòd statim ad carnifi-  
 cem sit rapiendus, sed quòd gravissimo seipsum oneret præjudicio,  
 quòd hîc præsumtio juris sit, conscientia criminis adversarium cor-  
 ruptum esse. *Bacch. ad Tr. d. th. s. lit. E.* Accusator autem SCti  
 Turpiliani pœnam incurrit, ita ut infamia notetur & extra ordinem  
 coerceatur. *l. 1. l. 2. in fin. C. ad SC. Turpil. l. 1. §. ult. de prævar. l. 6.*  
*§. 3. de decur. l. 3. C. de his qui accus. non poss. l. 1. l. 2. ut intr. cert.*  
*temp. &c.* (F.) Particula CITRA sæpè in jure sumitur privativè pro F.  
 SINE. *ut in l. 1. §. 1. de fer. l. 8. §. 17. de transact. l. 16. pr. de minor.*  
*l. 31. pro soc. l. fin. de in diem addict. l. 7. de serv. export. l. 1. §. 1. de*  
*pignor. l. fin. de publ. jud. l. 1. §. 1. qua sent. fin. app. resc. l. 6. §. 3. C.*  
*de decur. l. 19. C. de procur. l. 10. l. 24. C. de R. V. l. 3. C. de usur. l. 9.*  
*§. 1. C. de cond. ind. l. 14. C. de pact. l. 7. C. de reb. cred. l. 6. C. si cert.*  
*petat. l. 11. C. de pign. act. l. 15. C. de jur. dot. l. fin. C. und. legit. l. 1.*  
*C. si alien. res pign.* Aliquando etiam, sed rariùs, exceptivè pro  
 PRÆTER. *ut in l. fin. ff. de calumn. l. un. §. 13. C. de rei uxor. act.*  
 Hinc quæritur, utrum hæc sit Impp. mens, quòd de crimine falsi  
 lice-



liceat transigere, aut an ille qui transigit de crimine publico pœnam sanguinis non ingerente teneatur crimine falsi? Nos posterius affirm. cum Donell. ad d. l. 18. n. 51. & seq. præsertim n. 56. & 66. Obr. d. l. th. 101. quia constans hæc est vocabuli CITRA in jure significatio, & in multis Dioclet. & Maxim. responsis ita usurpatur. *text. mod. alleg. Bacch. ad Tr. d. th. 5. lit. F. verb. citra falsi accusationem.* A propria autem & constanti significatione non facile est recedendum. l. 69. pr. de legat. 3. nec ulla sufficiens dari potest ratio, quare crimen falsi ab aliis non capitalibus criminibus excipi debeat, & de eo transactio permitti. *Nobiliss. Dn. D. Schüßl in colleg. theor. pract. disp. 2. th. 18. Donell. d. l. n. 64.*

#### THESIS VIII.

Effectus transactionis est, quòd vim habeat rei judicatæ (A) & jurisjurandi (B) inter transigentes, (C) nec lites transactionibus decisæ vel Imperiali rescripto (D) vel prætextu specierum (E) aut instrumentorum postea repertorum (F) aut læsionis cujuscunque prætextu (G) instaurari possint, nec pœnitentiæ locus sit, (H)

- A. (A) l. 20. C. h. t. l. 2. de jurej. Tilem. p. 1. disp. ff. 8. th. 25. postquam nihil amplius quæritur. l. 56. de re jud. Bus. ad. l. 2. ff. h. t. n. 8. sicut enim res judicata l. 1. de re jud. ita quoque transactio lites finit. l. 1. ff. h. t. l. 10. l. 16. l. 19. l. 29. C. eod. & decidit. *Vid. sup. th. 1.*
- B. lit. E. finemq; controversiæ imponit. (B) l. 2. de jurej. Sicut enim transactio decidit controversiam, ita & jusjurandum l. 1. pr. de jurej. deinde utrumque est de re dubia. l. 1. ff. h. t. & d. l. 1. pr. de jurej. Obr. p. 1. disp. 9. th. 227. & seq. (C) Transactio cum una persona facta ad aliam, cum qua non est transactum, referri nequit. l. 27. §. 4. de pact. l. 3. pr. & §. 2. in fin. l. 10. ff. & l. 1. l. 26. C. h. t. l. un. pr. C. si in comm. ead. caus. rest. in int. postul. Transactio enim ex consensu valet. l. 20. C. h. t. at personas consentientes non egreditur



egreditur consensus. *Obr. d. l. th. 176. & seqq.* Reo tamen transac-  
tione liberato etiam liberantur fidejussores. *l. ult. ff. de pact. l. 7.*  
*§. 1. ff. h. t. l. 68. §. 2. de fidejuss.* Sicutiam ad ea, de quibus proba-  
biliter inter transigentes actum non fuit, transactio non extenditur.  
*l. 27. §. 4. de pact. l. 5. l. 8. §. 12. l. 9. §. 1. ff. & l. 31. C. h. t. Obr. d. l.*  
*th. 215. Bocer. clas. 2. disp. 20. th. 29. lit. B. Bus. ad. l. 5. ff. h. t.* Trans-  
actione tamen de negotio principali facta, in dubio remissæ quoq;  
videntur expensæ litis. *arg. c. accessorium. 42. X. de R. J. in 6. Myns.*  
*4. obs. 48. Treutl. th. 6. lit. A. ibiq. Hunn. verb. quocirca. (D) l. 16. C. h. t. D.*  
*(E) l. 29. C. h. t. Bocer. d. l. th. 23. (F) l. 19. C. h. t. l. 78. §. ult. ff. ad E. F.*  
*SC. Treb. (Exceptio est sup. th. 6. lit. B. in fin.)* Non enim debet lis al-  
tera consurgere ex litis primæ materia. *l. 3. C. de fruct. & lit. expens.*  
*l. 4. §. 3. de re jud. l. 11. C. de reb. cred. (G)* Transactio b. f. inita etiam *G.*  
obenormem & immodicam læsionem ex remedio *l. 2. C. de rescind.*  
*vend. rescindi nequit. Magnif. Dn. D. Schütz disp. ad Inst. 16. th. 10.*  
*lit. B. in fin. Hunn. 3. V. R. 7. p. 1. q. 13. Gail. 2. obs. 70. n. 6. & seqq.*  
*Harp. ad §. ult. Inst. de emt. vend. n. 161. & seqq. idq. 1. per text. in l.*  
*78. §. ult. ad SC. Trebell. 2.* quia prætextu instrumenti transactio  
non rescinditur. *l. 17. C. h. t.* ex quo tamen ut plurimum apparere  
potest transigentis læsio. 3. quia dubius est litis eventus. *l. 51. de pe-*  
*cul. ideoq; læsio æstimari non potest. l. 17. C. de usur.* quantumcun-  
que enim actor accepit, tamen potuisset minus accipere contrario  
casu eveniente. 4. *per l. 20. C. h. t. junct. l. 2. C. de re jud. & t. t. C.*  
*sent. rescind. non poss.* 5. quia Reip. interest lites finire, ne modus li-  
tium multiplicatus summam atq; inextricabilem faciat difficulta-  
tem. *l. 6. ff. de except. rei jud.* Amputari igitur debent ea, quæ occasio-  
nè præbent protrahendarum litium. *l. 12. C. de contr. stipul. ne lites*  
*fiant immortales & vitæ hominum modum excedant. l. 13. pr. de*  
*judic. Novell. 96. c. 2. (H)* Cùm nihil tam congruum sit humanæ fi- *H.*  
dei, quàm placita servare, *l. 20. C. h. t. l. 1. pr. ff. de pact. l. 11. §. 1. de act.*  
*emt. l. 24. in fin. depos. l. 74. pr. de evict. l. 5. C. de O. & A* grave au-  
tèm fidem fallere. *l. 1. de const. pec.* ideo transactioni firmiter stan-  
dum est, *arg. l. 1. C. de re jud.* transactionesq; bonâ fide interpositæ  
servari debent, *l. 10. l. 28. C. h. t.* non autem propter poenitentiam  
alterutrius partis retractari. *l. 39. C. h. t.* Si enim à transactioni-

C

bus



bus b. f. interpositis recedere liceret, nullus esset litium finis d. l. 10.  
Utroque tamen contrahentium consentiente non tantum re integra,  
sed etiam secuta & tradita transactio omnino rescindi potest.  
l. 14. C. b. t. arg. l. 80. de solut. l. 35. de R. J. dummodo omnia in in-  
tegrum restituantur. l. 14. l. 40. C. b. t. Obr. d. l. th. 278. & seq.

THESIS IX.

Adversantur transactioni metus (A) do-  
lus (B) error (C) & falsitas. (D)

- A.** (A) Metus non impedit, quo minus oriatur transactio l. pen. C.  
de inut. stipul. arg. l. 13. C. b. t. cum etiam coacta voluntas sit vo-  
luntas. l. 21. §. ult. quod met. caus. Ortam tamen transactionem per  
in integrum restitutionem retractat Praetor. d. l. 13. qui ea quae metu  
gesta sunt, rata non habet, l. 1. & t. t. ff. & C. quod met. caus. dum-  
modo talis adfuerit metus, qui in hominem constantem cadit. l. 5.  
l. 6. l. 9. ff. quod met. caus. l. 4. l. 7. l. 9. C. de his quae vi metu ve caus.  
d. l. 13. Obr. d. l. th. 245. & seq. Gail. 2. obs. 65. & obs. 70. n. 12. Myn-  
sing. 4. obs. 37. & ab eo qui se metu compulsus esse ait, ut transige-  
ret, probetur, d. l. 13. d. l. 7. d. l. 9. C. d. t. l. fin. pr. ff. quod met. caus.
- B.** (D) Dolus tui adversarii & tecum transigentis ipso jure transactio-  
nem non vitiat l. pen. C. de inut. stip. arg. l. 13. C. b. t. Bus ad l. 7.  
§. non solum n. 10. ff. de dol. sed ope tantum exceptionis. l. 19. l. 28. C.  
b. t. nisi dolus in falsi l. pen. C. b. t. aut calumniae crimen incidat. l.  
65. §. 1. de cond. ind. Dolus tertii transactionem tuam cum adver-  
sario tuo initam non corrumpit: licet contra deceptorem detur  
actio doli. arg. l. 7. pr. de dol. mal. Quod si dolo proprio transac-  
tum fuerit, etiam manet transactio, sed ita tantum si velit dolum  
passus, non si velit dolum committens. l. 30. C. b. t. jura enim dece-  
ptis non decipientibus succurrunt. l. 2. §. 3. ad SC. Vellej. & ini-  
quum est suum alicui dolum prodesse. l. 5. pr. ff. si quis caution. l. 2.  
de eo per quem fact. l. 31. pr. de recept. arb. l. 1. pr. de dol. mal. l. 11. §.  
2. in fin. ad exhib. l. 63. §. 7. pro soc. l. 1. §. 1. de dol. mal. except. l. 1.  
C. si tut. vel cur. fals. alleg. excus. Ceterum frustra de dolo con-  
queritur, qui scit dolum & tamen transigit. l. 145. de R. J. l. 34. C.  
b. t. Obr. d. l. th. 261. (C) l. 36. in fin. famil. ercisc. l. 19. C. b. t.  
transactio enim fit consensu. vid. not. sup. th. 3. lit. A. non autem  
consen-



consentiunt, qui errant. *l. 15. de jurisd. l. 2. ff. de judic. l. 20. de ag. & ag. pluv. arc. l. 2. de confess. l. 116. §. fin. de R. J. l. 8. l. 9. C. de jur. & fact. agr. (D)* Falstas etiam transactioni repugnat. *l. pen. C. h. D. t. Bus. ad l. 2. ff. h. t. n. 10.* Quando igitur de pluribus causis vel capitulis transactum est, illa tantummodo causa vel pars, quæ ex falso instrumento decisa est, retractatur, aliis capitulis firmis manentibus. *d. l. pen.* Quòd si verò de una tantum causa vel capitulo ex falso instrumento transactum sit, tota transactio retractatur. *Obr. disp. ff. 9. th. 263. & seq.* Utrum autem hujusmodi transactio ipso jure sit nulla, an verò remedio aliquo, puta restitutione in integrum sit rescindenda, queritur? Posterius verius est. *perd. l. pen. ibi: retractetur, quod verbū cum sit futuri temporis, non operatur ipso jure, sed per sententiam.* Facit argumentum à sententia, quam Judex falsis testimoniis circumventus tulit, quæ per in integrum restitutionem rescindi debet. *l. 33. de re jud. Bacch. ad Tr. th. 6. lit. C. verb. quando verò.* Et hæc pro instituto nostro dixisse sufficiat. *Finis in nomine DEI T. O. M. unius in essentia, Trini in personis, sub pari Majestate & sub pia trinitate colendi. l. 1. pr. C. de summ. Trinit.*

#### COROLLARIA.

1. Legitimati per subsequens matrimonium jure feudali non succedunt.
2. Ab Imperatore male informato ad eundem melius informandum appellare licet.
3. Emphyteuta propter sterilitatem à præstatione annui canonis quantumvis magni non liberatur.
4. Qui ab aliquo cogitur vi metuq; ad perpetrandum homicidium, à pena homicidii non excusatur.
5. Usucapio non est contra naturalem æquitatem.
6. Dominus Emphyteutam propriâ auctoritate & absq; Judicis decreto expellere non potest.
7. Mandans vulnerare non verò occidere, secuto homicidio lege Corneliâ de sicariis tenetur.
8. Ex eodem facto quis & penam & premium in jure aliquando meretur.



9. Pater etiam potest esse in potestate dominica filii.  
10 Ex legitimo matrimonio, justiq; parentibus natus aliquando pro spurio in jure habetur.

Ad Dominum RESPONDENTEM.

**L**itiget, & lites extendat litigiosus:  
Pacis amans lites abbreviare doces.  
Qui componantur lites; TRANSACTIO quid sit,  
Ostendis dicens: transige, lucra feres.  
Evacuant longa loculos, animamq; fatigant  
Lites. Ergo cito transige, saluus eris.

scrib.

PRÆSES.

**Q**uando conscendis Themidos, KETLERE, cathedram.  
Atq; tui ingenii divitis edis opes:  
Ingenii tui opes, num vis me carmine ferre,  
Et meritas laudes enumerare tuas;  
Non opus id, nec id exoptas, ambisve: Probaturam  
Namque in conflictu Te satis ipse dabis.  
Quare quid carmen me poscis? visne ut amico  
Gratuler affectu? gratulor ex animo.  
Perge viam, quam cœpisti, decurrere porro,  
Ceu facis; & Themidos digna brabœa feres.

Dn. Commens. suo gratulabundus l. m. q. f.

M. PAULUS BAUMANNUS, Lubec.

**Q**uis fieri, instituiq; modis Transactio possit,  
Tu, KETLERE, palam non sine laude doces.  
Transige cuncta benè, & leges benè discere perge:  
Sic Tibi viventi gloria major erit.

Hoc amoris sinceri τεχμήλιον Amico verè fu-  
cero & Commensali suo l. m. q. adp.


CHRISTOPHORUS DECKER,  
Hamburgensis.

OS (O) SC














the scale towards document

X. h. s. cum affine sit Simonia, pretium pro re C.  
 cipere. d. c. pen. & c. 7. eod. Compositiones ta-  
 7. & permutationes earundem rerum c. 6. de  
 udiantur. Wes. in par. ff. b. r. n. s. in fin. (D) nisi D.  
 testamenti vel codicillorum aut alius ultima  
 l. 6. b. r. l. 12. ff. b. r. l. 1. §. 1. test. quem. inspic.  
 2. Gail. 2. obs. 139. n. 9. Obr. d. disp. 9. th. 71. Bach.  
 E. verb. nisi inspectis. cum enim alia ratione veri-  
 sit, facile fieret ut ultima defuncti voluntas im-  
 1. C. de SS. Eccles. l. 5. ff. test. quem. aper. Et hæc  
 cessaria est, ut partes illi renunciare nequeant,  
 tio est contra expressam legis dispositionem, i-  
 1. in fin. C. de SS. Eccles. l. 5. C. de legib. l. 5. C.  
 th. 4. lit. E. ibiq. Hunn q. 33. Facit quod publico  
 e, ut testamenta executioni mandentur, versatur,  
 nocere possit. arg. l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. l. 38. do  
 7. lit. C. in fin. alleg. sed quisq; pro se introdu-  
 enunciet. l. 41. ff. de minor. l. pen. C. de pact. l. 51.  
 Nov. 136. c. 1. Prædicta non procedunt in testa-  
 ro, in quo veritas ex testibus, coram quibus Te-  
 suam nuncupavit. §. ult. inst. de test. ord. l. 21. E.  
 test. (E.) Idem est si codicillis fuerint relicta,  
 mortis causâ donata, vel ab eo cui mortis causâ  
 conditionis implendæ causâ relicta. d. l. 8. §. 2.  
 actu debeantur, licebit & sine autore Prætoris  
 §. 2. Obr. d. l. th. 86. Menoch. de arbitr. jud. quæst.  
 er. 5. semest. q. 42. Bach. ad Tr. d. th. 4. lit. F. verb.  
 (E.) l. 8. ff. & C. b. r. idq; non solo ultimæ vo-  
 d etiam ne alimentarii odio litium & expensarum  
 onenti magna relicta utpote alieno labore parca  
 transigant, Obr. d. l. th. 83. & contra quam pro-  
 tea summâ integrâ semel solutâ & devorata ege-  
 bus lædantur. d. l. 8. pr. ff. eod. Hunn. ad Tr. d.  
 sita q. 76. Loquimur autem de alimentis futu-  
 terita enim, in quibus solvendis facta est mora,  
 B 2 nomine